Adtendite captiuitatem iacob. Adtendite quia hoc est auertisti captiuita
tem nostram; Non liberando nos a barbaris in quos non incurrimus. sed
liberando nos ab operibus malis a peccatis nostris per quae nobis satanas domi
nabatur. Si quis enim liberatus fuerit a peccatis suis non habet unde ei domi
netur princeps peccatorum; Quomodo enim auertit a captiuitate iacob?
Uidete quia ista liberatio spiritalis est. uidete quia intus agitur. Remisis
ti inquit iniquitatem plebis tuae operuisti omnia peccata eorum; Ecce un
de auertit captiuitatem. quia remisit iniquitatem. Iniquitas tenebat cap
tiuum. remissa iniquitate liberaris; Confitere ergo te esse in captiuitate,
ut dignus sis liberari; Nam qui hostem suum non intellegit. quomodo inuocat
liberatorem. Operuisti omnia peccata eorum; Quid est operuisti? Ut non illa
uideres. Quid est non illa uideres? Ut non in illo uindicares. Noluisti uide
re peccata nostra; Et ideo non uidisti. quia ipsa uidere noluisti; Operuisti om
nia peccata eorum. Sedasti omnem iram tuam. Auertisti ab ira indignationis
tuae. Et quoniam de futuro ista dicuntur. quamuis uerba praeterita sonent. sequitur
et dicit. Conuerte nos deus sanitatum nostrarum; Quomodo narrabat quasi
factum esset. et quomodo orat ut fiat nisi quia uoluit ostendere praeterita uerba
se in prophetia dixisse. Nondum autem factum esse quod dicebat iam factum. hinc osten
dit quia orat ut fiat. Conuerte nos deus sanitatum nostrarum. Et auerte
iracundiam tuam a nobis. Nonne iam dudum dicebat. Auertisti captiuitatem iacob;
Operuisti omnia peccata eorum. sedasti omnem iram tuam. Auertisti ab ira in
dignationis tuae. Quomodo hic est auerte iracundiam tuam a nobis. Respondet tibi
propheta; Illa dico quasi facta quia uideo futura. Quia uero nondum facta sunt. oro
ut ueniant quae iam uidi; Auerte iracundiam tuam a nobis. Non in aeternum iras
caris nobis; De ira enim dei mortales sumus. et de ira dei in ista terra in egestate et la
bore uultus nostri manducamus panem. Hoc enim audiuit adam quando peccauit.
Et ille adam omnes nos eramus. quia in adam omnes moriuntur. Quod ille audiuit se
cutum est et nos. Non enim eramus iam nos. sed eramus in adam. Ideo quicquid euenit
ipsi adam secutum est et nos ut moreremur. Omnes quippe in illo fuimus. Et enim